Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio

Romae, 1657

5 Togae descriptio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

Visual Library

gurium. 180. *ff. de Verb. ſignif.* ſumit à tegendo, quod ſcilicet ea tegamur, & Cornutus *in Satyram.* 5. *Perſii* ait, ita dictam eſſe, quòd velamento ſuo corpus tegat, atque cooperiat; ſuperinducitur imæ tunicæ, vt notant Budæus *in Pandectas ad l. vltimam ff. de Senatoribus part.* 1. *pag.* 198. *propè finem verſ. Tunica*, & Tiraq. *in Annot. ad Alex. ab Alex. Dier. Gen. lib.* 5. *cap.* 18. *V. quæ quidem Tunica*; ipſiusque togæ ſuperioris, forma, & figura deſcribitur à Quintiliano *lib.* XI. *cap.* 3. hiſce verbis. *Ipſam togam rotundam eſſe,* 5
& aptè cæſam velim, aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior medijs cruribus optimè

terminatur , poſterior eadem portione altiùs quàm cinctura : ſinus decentiſſimus , ſi aliquando ſupra imam togam fuerit , nunquam certò ſit inferior, & clarius à Cornuto *dicta Satyra* 5. ibi. *eſt autem purum pallium forma rotunda , & fuſiore , atque inundante ſinu, & ſub dextro veniens, ſuper humerum ſiniſtrum ponitur ;* vbi etiam ſubdit , *menſura togæ iuſtæ ſenas vlnas habebat ;* quæ ex vtroque repetunt Franc. Hotoman. *in Comment. Verb. Iur. V. toga dicta eſt à tegendo* Pratæius , & Caluinus *in lexicon eodem verbo* , Itidemque Barboſa *in Collect. ad dictam l. ſeptimam num.* 2. *C. De Aduocat. Diuerſ. Iudicior.* refert ex Guido

do Pancirolo, quod * Toga ſu- 6
per alias veſtes induebatur, ſi-
niſtrumque humerum tegebat,
& ante pectus dimiſſa fibula in
dextro humero nectebatur.

Quæ ſpecies ſuperindumenti
adamuſſim congruit togæ ſu-
periori, quam Sacræ Conſiſto-
rialis Aulæ Aduocati ſemper, &
vbique deferunt ſuper imam
Tunicam Talarem, præter-
quàm in functionibus Conſiſto-
rialibus, & Collegialibus, cum * 7
ea ſit purum pallium forma ro-
tunda, & ſuſione aptè cæſa, li-
gaturæ loco ſolum immutato,
quia fibula ſub gutture ſupra pe-
ctus colligatur, apertis hinc in-
de ſpatiis ad brachia exercenda
gratia commodioris, ac liberio-

ris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN